



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicae, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

De Sacramentis In Genere Ac De Sacramentalibus Nec Non De Sacramentis Baptismi, Confirmationis, atque Extremæ Unctionis Decisiones

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Approbatio Censoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94638](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94638)

APPROBATIO CENSORIS.

Reverendissimi Joannis Clericati Præpositi Patavini &c. opus in Libros novem distinctum perlegi. Simulque deprehendi, id revera Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, Concionatoribus, Theologis, & Jurisperitis utilissimum esse. Quippe Reverendissimus Author difficillimas quæstiones profundâ ingenii sui perspicaciâ, judicii gravitate, & multiplici doctrinæ & eruditionis apparatu proponit atque discutit, ut meritò decisiones ipsius Oracula Phœbi nuncupare liceat. Quare hoc opus ceu jucundum, utile & Bibliothecis Splendorem afferens, dignissimum censeo ut reimprimatur. Augustæ Vindel. 22. Nov. 1729.

Imprimatur. H. S.
Ex Vicariatu Aug. 23. Nov. 1729.
Joh. Gotthardus L. B. de Vöhlin
Vicarius General.

Franc. Joseph. de Handl SS. Theol.
Lic. Rev. & Ser. Princ. & Episc. Aug.
Consil. Eccles. Maj. Pœnit. & Libr.
Censor, nec non infig. Eccles. Colleg.
ad S. Mauritium Canonicus & Parochus.

DONA DATA

Ecclesiæ, & Monasterio S. PETRI de Padua

A Reverendissimo Domino

JOANNE CLERICATO J. U. D.

Præposito Titul. Sanctissimæ Trinitatis

Alumno ejusdem Monasterii

HIS CARMINIBUS COMPREHENSA.

Clavigeri atheri subeas venerabile Templum;
Munificæ noscæ & pietatis opus.
Candelabra Argentea disposita per Aras;
Quadräginta vides, singula si numeres.
Arte Cruces almæ simili, pretioque refulgens:
Materia Argentum; sunt Quatuor numero.
Quinque ex Argento suspensæ lampades ardent.
Soters cœlavit quas manus Artificis.
Inspice dispositis Convivia Sacra Tabellis:
Hic etiam Argenti splendor, & honor inest.
Vasa Rosas fundunt simulata, & Garophylla:
Ducta ex Argento cernito Tergemina,

Inserta hinc Tela varios imitantia Flores
Aurea Punicea stamina dant Casulam.
Serica prætexunt totum Peristromata Templum:
Nomen, quod tribuit clara Damascus, habent.
Non adeunda oculis Penetrantia: fas modo casta
Narrantem audire est interiora Domus.
Adjecta antiquis procurrant ordine Cella
Virginibus statio latior, & melior.
Dona Joannes hæc Clericatus contulit unus,
Sancta appellatus Præpositus Triadis.
Octo Ducatum superavit millia sumptus:
Sumptum omnem gratus, sed superavit Amor.

I N D E X

*Tenoris Decisionum, ac Materialiarum, quæ in sequentibus
NOVEM Libris continentur.*

- L**IBER PRIMUS, In quo de Sacramentalibus, de Sacramentis Baptismi, Confirmationis, & Extremæ Unctionis, habentur Decisiones LXXXII.
LIBER SECUNDUS, In quo de Venerabili EUCHARISTIÆ SACRAMENTO Decisiones LXII.
LIBER TERTIUS, In quo de Sacrificio Missæ Decisiones L.
LIBER QUARTUS, In quo de Sacramento Pœnitentiæ Decisiones L.
LIBER QUINTUS, In quo de Sacramento Ordinis Decisiones XL.
LIBER SEXTUS, In quo de Sacramento Matrimonii Decisiones XL.
LIBER SEPTIMUS, In quo Erotemata totius Theologiæ Moralis in Cap. CLII.
LIBER OCTAVUS, In quo Via Lactea, id est Institutiones Juris Canonici, totum Jus Canonicum edocentes, in Libr. 4. cum suis Titulis.
LIBER NONUS, In quo de Delictis, ac Peccatis, de præcipuis Contractibus Juris Civilis, de Usuris, de Censibus, de Cambiis, de Livellis, aliisque Materiis Legalibus, & Casibus prudentialibus disseritur in Decisionibus CLVII.

DE.